

19
1703, 10^a

I. N. I.
DISPUTATIO IVRIDICA
DE
TRANSLATIONE
DOMINII IN CONTRA-
CTV ÆSTIMATORIO.

QUAM,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
FRIDER. WILHELMO,
REGNI BORVSSIÆ, ELECTORATVS BRAN-
DENBURGICI ET RELIQUARVM PROVIN-
CIARVM HEREDE &c. &c.
IN REGIA ACADEMIA ERIDERICIANA

PRÆSIDENTE
DN. IVSTO HENNINGO Böhmer
I. V. D. & Prof. Publ. extraord.

IN AUDITORIO MAIORI


d. Nou. 1703.

Publicæ diquistitioni subiicit

AVTOR

DANIEL RAVE, Hauelbergensis.

HALÆ MAGDEBURG. Litteris Orphanotrophæi.





3 (3) 3

Disputatio
De
**TRANSLATIONE DOMINII IN
CONTRACTV ÆSTIMATORIO.**

§. I.



Oalent alias Dd, quando controuer- Generale mo-
sias maximi vel alicuius momenti nitum circa
aggrediuntur, præmittere quæ- hanc mate-
dam de spinosâ difficultate thema- riam.
tis propositi & de Doctorū mirifi-
co diffensu circa illā. Verum id qui-
dem in præsenti themate non adeo
mihi integrum eft, poftquam paucifimi hanc contro-
uersiam ex fundamētis genuinis eruere laborauerunt,
imo pauciores vix eam attigerunt, vt adeoque eo magis
inoffenso pede me in hoc themate enucleando p̄cgre-
di poſſe arbitratus ſim, offensus nullius auctoritate aut a-
liqua p̄reconcepta opinione. Quo magis enim crescunt
Dd, diſſenſiones de aliquo themate, eo plura ſæpius im-
pedimenta iniiciuntur, quo minus ad veritatis viam per-
uenire poſſimus. Vnde non adeo mirandum erit, fi

A 2

ma-

DE TRANSLATIONE DOMINII

magnum Dd. aceruum pro vtraque sententia pugnante haud adducere possim, vt interim tamen, quæ dubia probabilitate hic adduci possent, non omittam.

*Methodus tra-
nslationis
et thema-
tis.*

§. II. Ceterum vt propositæ quæstionis enucleatio eo clarior & dilucidior appareat, altius paulo rem reperi, & naturam totius negotii perlustrare cogor. Quia enim animaduerti in ipso negotio contractus æstimatorii superesse plures scopulos ante superandos vel a Dd. non sufficienter remotos, hos limites mihi ipsi circumscribo, vt (1) breuiter naturam negotii perspicue exhibeam, & ab aliis negotiis affinibus distinguam, & deinde ipsam quæstionem propositis dubiis resoluam. (2) ex Legibus Romanis (3) etiam ex praxi, & subinde (4) conclusiones ex resoluta quæstione deducam.

*Origo huius
contractus o-
fenditur,*

§. III. Dum itaque ante omnia rem hanc ex negotiis ipsius natura eruere studeo, merito quantum fieri breuibus potest, naturam contractus æstimatorii intueri & examinare necesse erit. Origo huius negotii videatur dependere partim ex origine emtionis venditionis, partim ex origine ciuitatum constitutarum, quia in ciuitatibus fere principaliter solet frequentari hoc negotium. Quod ad originem emtionis venditionis attinet, satis eleganter eam exprimere videtur Ictus in l. 1. ff. de contr. emt. vendit, ostendens, olim venditionem fuisse incognitam, & vnicce permutatione mutua alterum alterius indigentiae subuenisse, & sic respicit Ictus ad simpliciora Gentium tempora, vbi adhuc innoxio vitae genere ruriviebant, & ex agricultura vitae subsidia quærebant. Vnde & Tacitus de Germanis interioribus adhuc suo tempore afferuit de morib. German. c. s. quod simplicius & antiquius permutatione mercium utantur. Quo simplicius enim viuitur & facilius indigentia mutua suppleri potest,

eo

IN CONTRACTV ÆSTIMATORIO.

5

eo magis pecunia carere possumus. Vnde etiam eo tempore contractum estimatorium fuisse incognitum, non vltiori indiget declaratione, quia, vt mox ostendendum erit, vnice hoc negotium per venditionem celebratur, imo est quædam emtionis venditionis species. Addit vero porro ICtus difficultatem permutationum ansam dedisse ad eligendam eiusmodi materiam, cuius perpetua esset æstimatio, & sic introductam esse emtionem venditionem. Neque vero adeo difficile est causas huius difficultatis eruere, si modo ad ea, quæ iam iam dicta sunt, respexerimus. Videlicet difficultas permutationum non dependet ex natura ipsius negotii, quamvis id velit Paulus in cit. l.l. sed potius ex statu hominum corruptiori, & semper in deterius ruente. Cum enim simplicior vita paucioribus contenta transmutaretur in luxuriosam & ambitionisam, & ita homines variarum rerum copiam ambirent, indigentia adeo aucta fuit, vt iam non amplius permutation sola sufficiens esse potuerit. Hinc alia varia negotia orta, quod Germanorum vitam simpliciorem relinquentium exemplo eleganter illustrat Conring. de urb. Germ. tb. 78. In primis vero ciuitatibus introductis negotia inter homines multiplicari debuerunt, cum quo maior indigentiae nascitur occasio, eo magis quoque hominum animi intenti sint ad supplendam hanc indigentiam, tum vero nullibi magis ambitio & luxus dominatur, quam in ciuitatibus; Quid ergo mirum, si nullibi magis commercia exerceri cœperint, quam in ciuitatibus, & sic emtiones venditiones ita inualuerint, vt permutationis usus inde rarer fieret, deserta & abiecta plane vita simpliciori.

Origo emtionis
venditionis.

§. IV. Commercia itaque pretio eminenti semel Introducte sa-
introduced admodum variare cœperunt, prout avaritia rie emtionum

A 3

Inxu-

*species ex indi-
gentia orte.*

*Summaria de-
scriptio contra-
dictus estimato-
rii.*

luxuria & superbia quotidie hominum genus magis magisq; corruptit. Et quidem emitio venditio vel omnibus hominibus communis facta, vel peculiaris certis assignata hominibus in certis mercibus. Illa ad *domesticas* & alias necessarias indigentias supplendas spectat, & inde vocatur *economica*, hæc vero in specie *mercatura* dici cœpit, & peculiari generi viuendi attributa est, quod in primis in ciuitatibus frequentari solet. Prior emitio venditio, quatenus non denotat peculiare genus viuendi, vel sit ab ipsis rerum dominis, vel ab aliis ad hoc negotium specia- liter deputatis, qui recipiunt sub certa aestimatione rem aliis vendendam vel sibi retinendam, vel restituendam. Cum enim saepius contingere possit, ut quis res superfluas habeat, vel etiam pecunia indigeat, ut hinc ex necessitate res quasdam mobiles pretiosas alienare necesse habeat, & vero ratio decori, ambitionis vel alterius impedimenti non permittat, ut ipse Dominus per se illas alias ad emendum offerat, hinc nouum inde exortum est viuendi genus, ut quidam vel *privata* autoritate, vel *publica* hoc negotium iusse susciperent, & ita res illas aestimatas a Dominis rerum susciperent aliis vel vendendas, vel sibi retinendas, vel restituendas. Harum autem personarum ut plurimū hæc conditio est, ut sub fide silentii adstringantur, ne, quinam harum rerum vendendarum fuerint domini, emtoribus indicent, quia plerumque ira ambitiosi sunt homines, ut turpe sibi ducant res quasdam pretiosiores alienare, cum talis alienatio aliis indicium facere possit, talem hominem esse valde indigentem, cum tamen plerique ambiant diuitias, & pro diuitiis haberent velint. Hinc cum eiusmodi hominibus non aliter solet contrahi ac quidem cum ordinariis mercatoribus, vbi non disquiritur, a quibus merces has vel illas, fide habita

IN CONTRACTV AESTIMATORIO.

7

ta acceperint, an proprio nomine merces vendant, an ex commissione alterius mercatoris: simpliciter quippe sequimur fidem mercatoris. Cum vero porro rarius homines soleant pretiosa alienare, hinc simul eiusmodi personæ ad hoc adhiberi cœperunt, vt res aliorum sub pignoris nexu aliis tradant, accepta loco eius pecunia mutua eis, quorum interest, restituenda, vbi itidem non sollicitate disquiri solet, aut oportet, quis ea pignora dederit, sed etiam huius feminæ fides hac in re ordinarie respicitur, quasi ipsa res oppignoraret in proprios usus & communum. Nam & hic aliquid indulgendum esse vanæ ambitionis hominum puto. Ut itaque huiusmodi homines, qui alias *Propola* dicuntur, duplice officio fungantur, (1) ut res estimatae pro certo pretio vendendas accipient (2) ut res aliorum nexus pignoris supponant & subiiciant.

§. V. Quod primum attinet negotium, omnino separanda sunt alia negotia ab hoc contractu, ne a diuersis ad diuersa argumentum ducatur. Et primo quidem res huc non pertinent arbitratores, quibus mediantibus res saepe diuenduntur. Hi enim tantum eum in finem adhibiti sunt, vt principaliter contrahentibus inferuant mediatorum instar, & aliquando dubium aliquod in emtione definiant, veluti si pretium in tertii arbitrium est collocatum, vt ille ex peritia, qua instructus est, illud determinet. Hic enim nihilominus ipse rerum Dominus est venditor, & negotium principaliter inter emtorem & venditorem absolutur.

*Differentias
Propolarum ab
arbitriis;*

§. VI. Porro quoque sedulo cauendum, ne manu datum de vendendo confundamus cum hoc negotio. Sæpe enim aliis, qui alias huic viuendi generi se non addixere, mandatum dari solet, vt res alterius nomine alienent, & quidem illud tunc facilime dignoscitur, si res in genere ad ven-

*Distinctio
mandati de
bendendo a
contratu affi-
matorio Bulga-
ris recessitur.*

vendendum pro *in suo* *precio*, non adiecta speciali æstimatione, datur id quod tamen ad præsens negotium, de quo hic agimus, pro forma & essentia requiritur. conf. Hahn. ad *Wef.* ad *Tit.* de *estimat.* n. 5. Sed in eo latitat maior difficultas, quando quis mandatum accepit de re vendenda pro certo determinato *precio*, qua ratione tunc distinguatur a *contraktu* *estimatorio*. Nam tale mandatum dari posse perspicuum est ex l. 5. §. 3. ff. *mandat.* vbi casus de eo, qui mandauerat alteri, ut fundum suum renderet centum, ex quo negotio mandati actionem dari afferitur. Ast vero tñ res vendenda æstimata detur, oritur inde contractus æstimatorius, imo negat ICtus mandatum inde oriri l. 1. ff. de *estimat.* Miratus certe sum, a plerisque Dd. hoc dubium intactum & inexcussum esse relictum. Evidem Dn. Schwedendorff. de *contract. estimat.* §. 6. in eo differentiam mandati ab hoc negotio querit, quod mandatum sua natura sit gratuitum, huic vero negotio merces accedere possit. Hactenus bene. Sed quid si merces non accedit, an itaque tunc est mandatum? Neque enim merces semper accedere debet. Et quid si accesserit, estne tunc potius locatio conductio, nam illa recipit mercedem. Ex eo itaque, quod recipiat mercedem, non discernitur ab aliis negotiis. Addit vero, accipientem non teneri præcie rem vendere, quod tamen in mandato stricte requiritur. l. 40. l. 5. ff. *mand.* Sed hoc ipso non tollitur dubium ex l. cit. 5. §. 3. desumptum. Ponamus Caium in mandatis Mevio dedisse, vt ædes suas centum renderet. Quid itaque juris, si ædes vendere non possit, an itaque stricte obligatur ad ædes vendendas? Et quid si ipse ædes retinere velit pro hoc pretio, annon hoc ei erit permissum. Sine dubio itaque negotii natura hoc indicat, vt vel pretium vel si vendere non possit, ipsas ædes restituat. Nam & mandatum sub alter-

IN CONTRACTV AESTIMATORIO.

9

alternatiua obligatione subsistere potest. Quid enim, si Meuius Seio in mandatis dedit, vt vel transactione vel legitimo processu controversiam decidat, vel: vt certam rem emat, vel pretium restituat, nonne & hoc casu alternatiue obligatur, & mandatum verum subest? Ergo euidens est naturam mandati & contractus aestimatorii exinde dignosci non posse.

§. VII. Tentabo itaque, an alia via scopulos hosce vitare possim. Certe potissimum differentiam specificam a forma & essentia rei petendam esse, logici optime tradunt. Iam contractus aestimatorii essentia fundatur in estimatione determinata, adeoque ex huius natura vtriusque diuersam rimarinaturam conueniens erit. Scilicet varie aestimatio considerari potest prout varie determinatur. Vel enim *a lege*, vel *a iudice* vel *a priuatis determinatur*. Si *priuatis*, tunc vel *solitarie* ab *vna parte*, vel *per conventionem*. Priorem casum hic non tangimus, sed pertinet vel ad *affectionem*, vel ad *dispositionem testamenteriam*. De posteriori hic sumus solliciti, cum agamus de contractibus vtriusque paciscentium consensu constantibus, & hæc aestimatio dici solet *conventionalis*, quatenus consensu vtriusque est definita. Potest vero hæc aestimatio fieri duplcem ob finem, vel ut constet, quanti res sit, ita ut si forsan postea aestimatio ab altero præstanta sit, statim rei pretium in promtus sit, & alter, ad quem res spectat, liberetur ab onere probandi, veletiam vt alter certum rei pretium scire possit, cuius forsan interest, illud scire, & tunc aestimatio dicitur *taxationis gratia* esse facta: veletiam ob hunc finem, vt alter pro hac estimatione rem illam sibi habere debeat & aestimatio nem præstare, & tunc est vera emio venditio: vel ita, vt tradens eius arbitrio committat, vtrum rem acceptam

*Vera differen-
tia eruitur.*

*Varia confide-
ratio aestima-
tionis.*

*Aestimatio sie
bel taxationis
gratia,*

*Bel conditionis
gratia.*

B

red-

reddere, an vero æstimationam conuentam præstare, velit, & tunc quasi venditio videtur interuenisse, hinc æstimatione venditionis gratia adiecta videtur.

*Declaratur di-
finitio ex legi-
bus.*

§. VIII. Quæ res vt eo clarior euadat, placet illum ex ipsis argumentis rerum deducere & illustrare. Res dotalis marito dari solet sæpe sub certa æstimatione: Sed prout dictum duplice ratione. Sic conuenerit, vt maritus aut rem doralem aut æstimationem præstaret, venditionis gratia censetur adiecta æstimatione, & maritus eligit, vtrum rem malit offerre, an premium verum, nisi aliud actum. l. io. §. fin. ff. de iure dot. Ex quo apparet veram characteristicam notam huius æstimationis consistere in obligatione alternativa, etiamsi debitori nequidem electio superfit. Nam, vt pergit I Cetus, *sires non exeat, æstimationem omnimodo maritus præstabat*, adeoque cum mulier æstimationem eligere posset, merito venditionis causa premium adiectum censetur. Ex quo patet, vix approbari posse sententiam Mauritiij diff. de estimat. §. 25. afferentis, emtionis loco tunc demum æstimationem adduci, quando valor rei exprimitur & conuenit, vt non res restituatur, sed illud premium, quod illis rebus fuit constitutum. Nam sic vera iam est ab initio emtio, cum tamen hic requiratur, vt alternative quis obligetur, quod vltierius apparet ex l. i. §. 1. de estimat. l. quotiens. s. C. eod. vbi dicitur, quod retinere posset illas res, si pecuniam vxori offerat. Ex quo concludo, posse eandem etiam non retinere, si pecuniam vxori offerre nolit. Vnde posset dici, quod hoc casu sit eventualis venditio, hoc tamen efficiens, vt periculum in maritum transferatur. arg. l. i. §. 1. de estimat. act.

*Exempla esti-
matione taxa-* §. IX. Ceterum si conuenerit, vt ipsa res præcise restitueretur, non vero ita in mariti libero arbitrio col-

IN CONTRACTV AESTIMATORIO.

ii

locetur, tunc est tantum taxationis gratia pretium adiectum. Eleganter hoc declaratur in l. si inter virum. 21. C. de iur. dot. vbi inter virum & vxorem sequens pactum initum erat: ut si matrimonium intra quinquennii forte temporaq; quoquo modo esset dissolutum, species estimatae dote pretiis, quibus aetimatae sunt, redderentur. Quæstio exsurgebat, vtrum venditionis, an vero taxationis causa esset adiecta aestimatio? Et respondent Imperatores, taxationis gratia adiectam censeri debere. Manifestum est, inquit, non pretia specierum dari, sed ipsas species debere restituiri: cum in platis specierum reddendarum idcirco priorum nomen videatur annexum, ne si species aliqua deminuta fuisset, aut perditæ, alio pretio, quam quo taxata fuerat, reposceretur. Ex quo concludo (1) hoc in casu principaliter intendi inter partes, vt ipsæ res tradantur, secundario vero & per accidens, vt pretium determinatum (3) obligari maritum hic quoque alternatiue, sed non eodem modo, yti in casu præcedenti. Nam hic primario obligatur ad rem in specie restituendam, adeo vt nec illam possit retinere, oblato pretio, ne aliud pro alio solvatur: securus ac in priori casu, secundario autem & in subsidium demum ad determinatam quantitatem obstrictus est, ad quam alias quoque non adiecta aestimatione iam erat adstrictus, sed ne postea de aestimatione litigetur, maioris securitatis gratia, statim adiicitur. Vnde non idem effectus hic resultant, quiresultabant ex priori casu.

§. X. Sed idem quoque in aliis negotiis, vbi non aequo agitur de dominio quadam transferendo, continere potest, hoc modo: loco vel commode tibi equum meum, quem nollem vendere viginti aureis, certe si aestimatio hoc casu faceret venditionem, sequeretur, vt si equo vitium accideret, imo si funditus per casum aliquem

Alia exempla adducuntur.

B 2

fortui-

fortuitum periret, periculum ad conductorem pertinet, perinde ac si illum equum emisset. Quod si autem illa aestimatio non induceret venditionem, contractus maneret in sua natura, sive in finibus locationis & commodati, in quibus contractibus, si dolum & culpam praestat, non tenetur de aliis damnis casu fortuito emergentibus. Dices, unde cognoscere possum, quando aestimatio paret venditionem? illud iam satis colligi potest ex iis, quae §. anteced. dicta, & eodem modo ad hunc applicari casum debent. Simile exemplum occurrit in l. 3. ff. loc. vbi fundo locato cuiquam colono instrumentum ruficum aestinatum est datum, & dicitur ibidem, *illud instrumentum rusticum videri veluti emtum.* Quando itaque non obstante aestimatione, res nihilominus restitui debet, illa non parit venditionem, sed ut modo dictum, hunc in finem tantum adiecta censetur, vt colonus sciat, in quantum conueniri possit, si instar boni patris familias fundum conductum non administrauerit: E contrario autem, si alterna tiae aestimatio adiecta sit, vt colono liberum videatur, an pretium an rem velit restituere, tunc aestimatio est venditionis causa adiecta.

Vnde colligatur, an aestimatio venditionis, an taxationis gratia adiecta sit.

§. XI. Verum cum non semper constet, an aestimatio facta fuerit, tanquam venditio, an vero tanquam taxatio nuda, recurrentum est ad probabiles conjecturas, & in primis videndum, quid actum sit inter partes: de quo si non constet, presumendum est in dubio, venditionis gratia esse adiectam aestimationem, si contractus per se sit dominii translatius, nisi ex mente pacientium aliud appareat. Hinc si contractus in scriptis fuerit celebratus, inspiciendum præcipue ad præfationem, ex qua statim colligitur mens & voluntas pacientium, nam in illa tenor contractus semper præmitti solet. conf. Dn.

IN CONTRACTV ÆSTIMATORIO.

13

Dn. Io. Sam. Stryk de iure prefat. In aliis vero contractibus, vbi non agitur de dominio transferendo, magis iuxta naturam propriam contractus concludendum esse puto, partes potius voluisse æstimationem adiicere taxationis causa.

S. XII. Ceterum ut in viam redeamus, non credendum est, tunc statim fieri contractum æstimatorium, si alicui negotio æstimatio venditionis causa est adiecta, aut vbi quis alternatiue obligatur vel ad rem restituentem vel ad pretium: sed negotia bene sunt distinguenda: aut enim negotium propriam iam habet naturam, & ei tantum per pactum adiectum adiicitur æstimatio, & sic vel manet negotium in suis terminis & substantia propria, vel in aliud degenerat. Hoc tunc contingit, quando præcise ita æstimatio adiicitur, vt non res, sed præcise æstimatio restituatur: nam sic est vera emtio venditio, & partes potius aliud videntur simulasse negotium, v. g. quando quis locat ædes sub tali conditione, & sic hoc casu etiam actio emti venditi locum habet. *C. de iure dot. l. 16. ff. cod. Illud vero contingit, si alternatiue ita æstimatio adiicitur, vt antea dictum, & tunc quidem quodammodo natura negotii alteratur, sed manet tamen ipsum negotium in sua substantia, adeoque si ita locatae ædes, vt vel ipsæ ædes vel mille restituerentur, non actio emti venditi, sed potius actio locati conducti competeteret, electione debitori salua. Non enim in totum mutatur natura negotii, sed tantum quodammodo alteratur & irregularis redditur, quo casu tamen non amittit statim omnem suam naturam arg. l. 24. depos. multo minus est contractus æstimatorius, quamvis enim etiam hic subsit alternatiuus modus obligandi, tamen ilud obstat, quod hic agatur de negotio suam propriam natu-*

*Æstimatio sen-
ditionis gratia
adiecta non
semper facit
contractum æ-
stimatorium.*

B 3

7482

*Quando contractus æstimatorius
terius subsit.*

ram habente, cui tamen per accidens tale pactum adiicitur. Tunc vero demum contractus æstimatorius subesse intelligitur, quoties quis hoc modo obligatur, ut tamén negotium ad nullum aliud per se subsistens & propriam habens naturam, referri possit, ceu quoque ostendit ICtus in l.l. pr. ff. de æstimat. Est itaque CONTRACTVS ÆSTIMATORIVS, quo res alicui, qui ordinarie tale negotium suscipere solet, vendenda datur sub certa & determinata æstimatione, ita videlicet, ut ei liberum relinquatur, velutne ipsam rem, an vero æstimationem præstare. Quamuis itaque possit dici, illum in se continere eventualem venditionem, tamen talis non hic cum ipsa actuali venditione confundenda.

Distinctius ostenditur, quia ratione a mandato de emendo differat.

§. XIII. Ex his suppositis facile iam colligi posse videtur, qua ratione hoc negotium a mandato, vel etiam locatione, si merces accesserit, differat. Iam ostensum, in hoc negotio per essentiam requiri, ut quis alternatue obligetur vel ad pretium, vel ad rem restituendam. Vbi vero talis occurrit æstimatio, ibi semper venditionis causa æstimatio adiecta dici debet. Et sic concludo, in contractu æstimatorio adesse æstimationem venditionis gratia. Ait si tantum mandatum interuenit, & de hoc constet, vel etiam locatio conductio, tunc æstimatio tantum notitiae gratia adiicitur, ut alter possit eo rectius fines mandati obseruare, ita, ut si res non possit vendi pro illo pretio, præcise domino restituenda sit, imo si possit maiorem sumam pro illa re accipere, & ad hanc quoque restituendam simul obligetur. Res itaque ex intentione agentium est dijudicanda, vtrum contractum æstimatorium, an mandatum de vendendo gratis inire voluerint.

Ex quo possit concludi, magis esse celebratum mandatum,

§. XIV. Melioris declarationis gratia hic quasdam adducere lubet circumstantias, ex quibus concludi potest, magis esse celebratum mandatum vel locacionem,

nem, quam æstimatorum contractum. Primo ante, omnia respiciendum ad conditionem personæ, cum quæ negotium celebratur. Quodsi enim quis amicum proficisci entem Lipsiam rogaret, vt horologium suum ipsi datum ibi vendere curaret pro 50. thaleris; hic si nulla merces interuenerit, est mandatum, quod gratis & ex mera beneuolentia expeditur: si autem promissa fuerit, degenerat in contractum locationis conductionis, quia pro præstanta opera videtur data. Quodsi vero eiusmodi personis negotium fuerit commissum, quæ publice res vendendas in foro circumferre solent, contractus æstimatorius censetur initus. Effectus consistit in eo, si mandatarius tanquam amicus meus nec talem publicam negotiationem exercere solitus rem vendendam pluris præter mandantis opinionem vendiderit, nihilo minus omne pretium restituere tenetur, vti etiam locator operarum pro accepta mercede: Ex aduerso autem, si propola plus accipiat, non ulterius obligatur, quam prout pretium fuit determinatum, nisi in specie conuentum, vt si ultra pretium constitutum acciperet, illud restitueret. Parem in modum quoque si expresse dans dixerit, er solle die Sachen seilbieten/wenn er aber einen Kauffmann darzu hätte/ so solte er kommen / und es ihm erst ansehen/dieweil er alsdenn erst sich resoluien wolte / ob er es noch verkaussen wolte / quis dubitaret, hic nudum mandatum vel locationis contractum celebratum esse. Idem dicendum esse arbitror, si ita placuerit inter partes, dass wenn er es nicht verkaussen könnte / so wolte er es præcise wiederhaben / und solte er es nicht behalten können/tunc contra pactum agere nequit, sed si emtorem inuenire non potest, absolute ad rem restituendam compelli potest ex mandato vel locato conducto. Posset enim dan-

quam contractu
Eius æstimatorio
rium.

eis

tis interesse, ne accipiens rem sibi retineret pro pretio præsticuto & determinato, quod forsan timendum sit, ne ipse ita commode pretium soluat, vti alius, vel si quis malit rem potius Tilio vendi, quam alii, quia itidem hoc casu meram subest mandatum; cum danti non liberum sit, illam rem sibi retinere. Sic quoque, et tunc subesse mandatum reor, si procuratori meo ordinario rem vendendam dedero, quia *sub illa qualitate censeor ei hoc commisisse*, vti alia mea administrat negotia. Item si non præcise certam adieci æstimationem, sed tantum obiter dicens, er solte sehen / ob er etwa die Uhr vor 50. oder 60. thl. ausbringen fõnte / weniger möchte ich wol nicht nehmen / nam & tunc venditio esse nequit, nequidem euentualis, quia adhuc non constat de certo & determinato pretio, quod tamen requiritur.

Ex qualitate personæ etiam cognoscitur, etrum contrahensus estimatorius sit initus.

§. XV. Sicuti itaque ex qualitate personæ, qua cum contrahitur, & modo, quomodo contrahitur, colligi potest, quaratione mandatum initum sit: ita quoque pariter ex qualitate personæ colligitur, quod non mandatum, sed contractus æstimatorius initus sit. Et hoc tunc puto in dubio præsumendum esse, vbi quis cum eiusmodi femina contrahit, quæ huic viuendi generi publice se addixerit, vt res vendendas æstimato pro certo pretio accipiat, quia ex personarum qualitate optime diudicatur de negotii natura. Neque enim in eiusmodi personis mandatum intuemur, sed ordinarie cum ipsis contrahitur, vt cum principalibus rerum dominis, experientia teste.

Quid in dubio dicendum, an mandatum sit celebratum, an vero contractus æstimatorius.

§. XVI. His igitur præsuppositis quæstio exsurget, qualis contractus in dubio intelligatur, si alicuires æstimata pro certo pretio vendenda fuerit data; an magis dicatur mandatum, quod gratis suscipitur, an vero con-

IN CONTRACTV ÆSTIMATORIO

conductio certæ operæ, an denique contractus æstimatorius? Profecto si ab omnibus hactenus in §§. antecedentibus adductis circumstantiis plane abstraham, tale negotium ad contractum æstimatorium tuto referri posse existimo. Indubitatum enim (1) est, ipsos ICtos Romanos valde super hoc negotio disputasse, & in dubium vocasse, cuinam contractui talis actus similis esse possit; alii qui putarunt, quod hoc casu, cum alicui res æstimata, vendenda tradita, competit contra accipientem actio ex vendito propter æstimationem huic negotio adiecitam, cum in dubio omnis æstimatio efficiat, ut res habeatur vendita; alii vero ex locato vel conducto quasi alterius opera rei vendendæ gratia esset conducta; alii denique quod sit contractus mandati, quasi mandatum, vendendi alter habuisse videatur. Verum perspectis omnibus circumstantiis optime diiudicabant, hoc negotium ad neutrum exacte referri posse, atque adeo dubitationis tollende & declinando ulterioris controversie gratia actionem de æstimato seu præscriptis verbis dederunt, cum alioquin danda fuisset nominata actio, si nominato contractui hoc negotium conuenisset. Hinc optime concludit ICtus in l. i. ff. de æstim., melius visum fuisse actionem specialem ex hoc negotio dare, pergens ita: *Quoties de nomine alicuius contractus ambigitur, conuenit tamen aliquam actionem dari propter equitatem singularem, qua currit, dandam æstimatoriam præscriptis verbis actionem.*

§. XVII. Vnde iudicari potest facilime, quid respondendum illis sit, qui hoc negotium ad peculiarem contractum referre volunt, inter quos quoque reprehendo Dn. Titium in obseruat. suis ad Lauterb. tit. de æstim. qui arbitratur, hunc contractum dupli modo intelligi debere vel pro tali negotio, quo certo prelio res æstimata

*Ratio præma,
quod sit contra-
ctus æstimatorius
in dubio di-
cendus.*

*An contractus
æstimatorius sit
separatum ne-
gotium.*

C

ven-

DE TRANSLATIONE DOMINI

18

vendenda datur, ut vel pretium soluat, et venditione non
secunda res ipsa reddatur; vel letam provali, ubi non tantum
precedens tractatus intercedit, sed & ipsi accipienti eventuali-
ter res venditur, sicut ille vel ad rem redendam, vel ad pretium
solendum obstringitur. Prior cognitahendi modus, inquit,
periculum rei accepere non transfert, bene vero posterior, licet
& hunc in dubium adhuc vocet, cum ut is, qui operas
suis principaliter promittit, rei periculum sustineat, id
extraordinarium, nec temere presumendum sit.

*Respondeatur
dubius.*

S. XVIII. Verum responderi potest ex ipsa veter-
um Iuctorum intentione, ut pote qui ipsi animaduer-
runt, huic negotio aliquid singulare messe & longe differ-
re a reliquis negotiis. Idcirco, cum ipsis satis liquidum non
videretur, an emtio, locatio, vel mandatum subesset, sin-
gularem actionem huic negotio dederunt, & ad actionem
prescriptis verbis prouocarunt, seu quæ semper in
dubio, si de contractus vel actionis certo nomine non
constat & plane incertum sit, quale negotium inter partes
fuerit conuentum, locum vindicat.

S. XIX. Et hinc apparet, quod si negotium hoc
non esset distinctum ab alijs, peculiarem & plane separa-
tam actionem non accepisset, nam secundum philolo-
phos diuersus effectus semper testari deberet de diuersa
causa, & certe absurdum foret concedere esse emtionem,
& tamen inde non dare actionem emti venditi ordinaria-
riam. Et denique eodem iure, quo emtio vendito di-
citur, dici etiam posset locatio vel mandatum, quia æque
quoque ab illis negotiis aliquid participat, & tamen pro-
inde non debet statim dari actio mandati vel locati-
onis, quia de origine huius negoti-
i dicta sunt, plane esse diuersum negotium hunc con-
tractum ab emtione venditione ordinaria, quam-
uis

*Probatur id
terius ex natu-
râ huius negotii*

IN CONTRACTV AESTIMATORIO.

19

uis in quibusdam analogiam cum ea habeat: minus accurate itaque cum ea confunditur. Et fatetur ipse laudatus Autor inesse huic negotio eventuali emtionem, quo ipso fateri necessario debet, non esse ipsam venditionem. Et repugnat plane naturæ emtionis venditionis, hæc alternativa obligatio, quæ in contra-
etu æstimatorio occurrit, cum tamen secundum ordinariæ regulas emtionis venditionis emitio præcisè ad pretium solvendam obligetur: & si esset emitio venditio, posset cogi propola, ut pretium solueret & rem retineret, quod est contra naturam huius contratu.

S. XX. Deinde quoque (II) ordinarie in quatuor ciuitate, vbi eiusmodi feminæ reperiuntur & approphan-
tur, illisque res æstimatae pro certo pretio vendendæ tra-
duntur, simpliciter tales res earum fidei concredi solent, ex ea vnicæ intentione, ut illas pro pretio determinato vendant, & postmodum pretium danti soluant. Hinc, qui animum habet rem suam alienandi, tunc ex eo co-
gnosci facilius potest, si rem alienandam talibus femi-
nis pro certo pretio dederit; per consequens ergo non
mandatum nudum hic concipi potest, sed hic contra-
dictus æstimatorius; nam eo ipso dum rem tradidit, ma-
gis respexit ad pretium, quam ad restituionem rei ven-
dendæ, & insuper accipiente in primario voluit esse obli-
tum ad solutionem pretii, secundario autem & ex acci-
denti ad redditionem rei si non vendi possit. Verum ut in
dubio semper id præualeat, quod plurimum accidit, &
omnis interpretatio facienda est contra eum, qui clarus
loqui debuisset l. 39. ff. de part. ita etiam cum ordinaria hu-
ius negotii natura cum talibus feminis inita sic compa-
rata sit, ut si ipsi res æstimata vendenda data, potius in-

*Nouum argu-
mentum, quod
in dubio non
possit manda-
tum presumi
boecas.*

C 2

telli-

telligatur contractus æstimatorius, quam aliud negotium, ea propter sibi imputare debet eiusmodi dans, quare in concedenda re alteri vendenda clarius non fuerit locutus.

Tertium argumentum.

Responditur ad hanc.

Quartum argumentum.

§. XXI. Accedit (III) & hoc, quod pacientes cautores esse & omnia exprimere debeant, quo cuilibet constare possit, quale pactum inter ipsos fuerit celebratum. Nam si est mandatum, tenetur eiusmodi femina producere mandatum, cum nemini alterius negotia gerenti absque mandato credatur, quo exinde videri possit tenor mandati; alias enim quam facillime illi, qui cum talibus feminis contraherent, decipi possent, quod tamen fieri non debet, imprimis cum tales feminæ publicam soleant habere fidem, nec quisquam opus habeat explorare sollicite, vnde eiusmodi res acceperint, sed sufficiat modo ipsis vēdendā fuerint datae. Quod si autem mandatum esset, auctorem denominare tenerentur, cum in mandato magis respectus ad mandantem quam mandatariū habeatur; in simul si merum mandatum interueniret inter dantem & accipientem, & hic fines mandati excederet, tertius nunquam securus esse, sed dominus illam rem semper reuocare posset, & tertius sibi imputare deberet, quod non cautius mercatus fuisset.

§. XXII. Porro (IV) si tale negotium in dubio indistincte præ se ferret naturam mandati, accipiens non teneretur de periculo, cum ad illum ordinarie spectare debeat rei periculum, qui alicuius rei dorsinus est, mandatarius vero illius rei, quæ ipsi demandata, nunquam fit dominus, sed tantum Procurator rei alienæ est, (vnde quoque differt a procuratore in rem suam) consequens est, quod non teneatur de periculo. Illustr. Dn. Stryk de Caut. Contr. S. 2. c. II. §. 22. At vero si præsens negotium.

vii

vti haec tenus a nobis descriptum est, considero, tunc apparet periculum esse accipientis, dum aestimatio idcirco interuenit, vt pretium soluat & rem quasi emtam habeat per l. 2. ff. de estimat. In genere enim ita iuris est, vt in alternativa obligatione res altera pereat ei, qui illam praestare debet, etiamsi res alternative vendita fuerit.
 l. 34. §. 6. de contr. Emt. vend. conf. Dn. Hert. de elec. ex ob-
 lig. alternat. debitori debita sect. 3. §. 4. quod ita multo magis
 in praesenti negotio iuris effesdebet, vbi itidem electio est
 debitoris. Id. c. i. Sect. 1. §. 4. Hinc etiam (V) communiter hoc negotium solet separari ab aliis negotiis conf. Huber. adit. cit. §. 2. Struu. Exer. 25. tb. 4. & quotidie vi-
 demus eiusmodi feminas tales res publice vendere solitas peculiari nomine insigniri & negotium hoc vulgo hausiren auf den Trödell sitzen dici solere.

§. XXIII. Porro (VI) si negotium hoc ad mandatum in dubio esset referendum, aestimatio tantum adiecta esset taxationis gratia. At vero hoc rursus est contra naturam huius negotii, prout communiter iniri solet, vt & contra alternativam obligationem, ut modo dictum. Nam ita pariter tradens omni tempore rem commissam repeteret posset, quamdiu non dolum esset vendita, cum mandatum semper reuocari potest, re adhuc integra, & sic penitentiae locus esset, quod vero negat Ill. Dn. Stryk
 in tract. de action. inuest. s. 1. m. 7. §. 8. cum danti non amplius liberum sit, alteri electionem semel ex obligatione quæfitam interuertere, & rem præcise repeteret, cum aliquin plus petitionis exceptione merito remoueretur secundum §. 33. I. de action. Hinc quoque hoc in negotio alternative esse libellum concipiendum optime monet Godofredus in not. ad l. 1. ff. de estimat. conf. Carpz. lib. 1.

*Quintum argu-
mentum.*

*Novum argu-
mentum.*

DE TRANSLATIONE DOMINII

Resp. 106. n. i. Formulam exhibit Schwedendorf in tract.
de act. exposit. special. c. 3. m. 33.

*Progressus fit
ad principalem
questionem,
vtrum transfe-
ratur domini-
um in hoc con-
gratu.*

§. XXIV. Hæc fuisus eum in finem fuerunt de-
ducenda, quia hisce non recte iactis fundamentis de pri-
maria quæstione, in qua neruuus totius disputationis ver-
ratur, recte iudicium fieri nequit, si enim simplex subes-
set mandatum, Domitiana foret quæstio, scrutari, vtrum
transferretur dominium, sed cum iam fuisus deduxi,
contractum æstimatorum longe differre a mandato nec
non locatione conductione, illumue neque ad priorem
neque ad posteriorem contractum commode referri
posse, iam deuenio ad primariam quæstionem huius di-
sputationis, *an nimirum in contractu æstimatorio distincto*
scil. ab aliis hac tenus enarratis negotiis, & si non constat, quod
inter partes in specie aliud fuerit actum, transferatur dominii
in accipientem, ita, vt quodammodo de ea re accepta dispo-
nere possit. Plures negotium tuentur, inter quos refe-
ro Dn Schwedendorf in disput. cit. Dn. Schilt. ex. 32. §. 5.
& Dn. Titum in dict. obseruat. ad Lauterb. 627. quorum hypo-
theses lubet paucis in medium proferre atque exami-
nare.

*Prima ratio
dubitandi.*

§. XXV. Primum enim a dissentientibus asseritur,
quod omnis actus sit æstimandus ex intentione agentiū.
Iam vero in proposito negotio intentio dantis esse non
videtur, quod dominium transferre velit in accipientem
nondum soluto pretio, sed potius vt accipiens rem ven-
dat, & acceptum pretium soluat: quatenus autem nondum
est res vendita, illa nondum potest dici in alterum
translata, sed adhuc manere in pristino statu, vti fuit an-
te contractum. Accedit, quod animus transferendi do-
minii in dubio non præsumatur, nisi doceatur.

§. XXVI.

§. XXVI. Deinde (II) quamuis ab initio intendatur emtio venditio a pacientibus, dum datur res, quo illa pro determinato pretio vendatur, & ita animus & voluntas alienandi eventualiter adsit: attrauen cum a neutra parte nondum in effectum deducta sit plenum, nec dans se declarauerit, an in accipientem dominium rei vendendæ transferre, nec accipiens an pro determinato pretio rem acceptam retinere velit, illa alienatio tamdiu manet in suspenso, donec accipiens se declarat, se pro æstimato pretio rem velle retinere & dans consenserit. Nam sicut pendente conditione omnes effectus in suspenso sunt, donec conditio extiterit, ita pariter illud, quod eventualiter fit, instar conditionis habetur, donec aliud appareat. Regulariter, inquit Dn. Schilter, Ex. 32. §. 5. nondum translatum est dominium, quia recipiens non sibi emit, & facultatem rem reddendi habet.

*Secunda ratio
dubitandi;*

§. XXVII. Accedit (III) quod accipiens periculum rei æstimato ita datae non omnimodo sustinere tenetur, sed secundum Vlpianum in l. 17. §. 1. de P. V. variae circumstantiae inter se distinguendæ sint; Nam ita Labeo, siquidem ego Te vendoro rogo, meum esse periculum, si tu me, si tuum, si neuter, nostrum: sed duxaxat consensimus, tenerite haec tenus, ut dolum & culpam mibi pugiles. Ex hoc itaque textu dilucide liquet in hoc negotio ad accipientem, non indistincte redundare rei periculum, sed vicie saepe tantum teneri ad dolum & culpam. Quod si igitur dominium in ipsum esset translatum, quæstio esset Domitiana, an teneretur de rei periculo, cum ad dominum & deteriorationis & amissionis & interitus rei periculum pertineat, sicut ad ipsum pertinet rei commodum per §. 3. I. de emt. vend. l. 12. C. locat. l. II. C. si cert. pet. Brunnem. ad l. 9. C. de pignor. act. n. 1. Meu. p. 1. D. 196. n. 5.

*Ratio dubitan-
di tertia.*

§ 6.

& 6. Dn. Io. Sam. Stryk de immun. Domin. a periculo in p-
fat. Disp.

*Quartaratio
dubitandi.*

*Quintaratio
dubitandi.*

*Sexta ratio du-
bitandi.*

§. XXVIII. Adhæc (IV) in hoc negotio non concurrit ipsa emtio venditio, alias enim non opus esset, vt illa prius vendenda traderetur, sed sufficeret, si modo dans traderet rem & accipiens solueret pretium, ast cum in præsenti negotio tale non obseruatur, falsa videtur esse hypothesis, quod transferatur dominium, & incongruum esse viderur, quod communiter argumentum a veræ emtionis effectu ducatur ad hanc eventualem, cum talis adhuc subesse hic videatur differentia, vti inter aetum perfectum & imperfectum vid. Ill. Dn. Cocceius de iure circa actus imperfectos.

§. XXIX. Porro (V) iuxta communem traditionem Doctorum liberum quoque est tradenti rem vendendam ante factam venditionem iterum repetere & impeditre, quo minus accipiens citra eius voluntatem rem vendat, cum accipientis interesse non videatur, vtrum res vendenda ipsi data vendatur, an vero domino restituatur, exceptione itaque tua non interest repelli posset, accipiens, si denegaret restitutionem: insuper quoque si forte res iam iam vendita, & accipiens ultra pretium determinatum acceperit, etiam id, quod pretium conuentum excedit, tradenti præstare & restituere accipientem teneri volunt, cum nullum lucrum alicuius rei ad illum spectare potest, cuius non est dominus, hic vero non adest dominium, igitur quoque abesse debet lucrum.

§. XXX. Porro (VI) hoc negotium magis imitatur naturam tam mandati quam locationis conductionis, sicut autem in his contractibus nullum dominium transfertur, ita & in hoc negotio, cum vel instar mandati vel

IN CONTRACTV AESTIMATORIO.

52

vel locationis sit , neque lucrum neque vllum dominium
ad accipientem pertinere videtur.

§. XXXI. Præterea (VII) licet vel maxime supponamus, dominium hic transferri posse ob emtionem venditionem, quæ sic subesse intelligitur, tamen etiam sic videtur translatio dominii impediri, qnia non est habita fides de pretio. Iam vero sicuti nequidem in vera emtione venditione transfertur dominium, vbi non habita fides est de pretio. §. 41. I. de R. Divis. ita multo minus in hoc contractu æstimatorio , vbi tantum adest euentualis emtio venditio , præsertim cum regulariter fides de pretio habita non præsumatur, sed in facto consistat, & doceri debeat. vid. Dn. Stryk de fide habitat tot. c. 4.

*Septima rati^a
dubitandi.*

§. XXXII. Denique ex iure deduci non posse volunt , contractum æstimatorium referri inter titulos transferendi dominium , licet nonnulli hoc eruere continentur ex l. 1. pr. de æstim. vbi vox dandi occurrit, ex qua tamen inane argumentum videtur desumi posse, cum etiam in iure sub datione illud aliquando deprehendatur, de cuius transferendo dominio non agitur Barnab. Bris- son. de V. S. voce dare.

*Vltimum argu-
mentum, quod
magis preſu-
matur afirma-
torius contra-
dictus quam
mandatum,*

§. XXXIII. Atque hæc sunt fulcra dissentientium. Cum vero non eiusmodi roboris sunt , vt me in partes suas trahere possint, hinc veriorem existimo contrariam sententiam , dominium scilicet hic in accipiente transferri. Fundamenta potiora sunt sequentia: primum deduco ex alternativa obligatione, quæ in hoc contractu est penes accipientem, vi cuius aut rem in ea dem bonitate, aut pretium restituere tenetur; Dn. Hert. de elect. ex oblig. altern. debit. debita S. 1. §. 4. Iam vero huius ne.

*Contraria sen-
tentia defendi-
tur, scil. trans-
ferri domini-
um.*

*Primum argu-
mentum peti-
ture ex alterna-
tiva obligatio-*

D

alias

alias electio debitori, quidnam præstare velit, non maneret salua. Argumentor itaque (1) quamcunque rem non possum præcisè vindicare repetendo, ibi non mansit dominium penes dantem, sed in accipientem transit. Atque in contractu æstimatorio dans non potest præcisè repeter. Ergo. Maior firmis simis nititur rationibus, cum ille, qui rei alicuius dominus adhuc est, non agat alternatiue, sed præcisè restitutioñem rei vrgere possit, siquidem in uito domino aliud pro alio solui nequit, in hoc contractu vero dans facultatem non habet, sed necessario tenetur actionem formare alternatiue, ceu supra deductum est, per consequens penes ipsum dominium non mansit, sed transiit in accipientem. Ex eodem fundamento nunc ulterius infero: quicunque est debitor rerum alternatiuus, ille etiam sine dubio utriusque rei dominium habere debet: atqui in hoc contractu. &c. Ergo. Maior iterum exinde patet, quod debitor alternatiuus habeat electionem, an velit rem, an vero pretium solvere, quod tamen facere non posset, si non esset ad minimum rei ipsius dominus, partim enim est debitor generis, partim debitor speciei. Quoad speciem autem nemo alternatiuus esse debitor potest, nisi eius dominium habeat. Ulterius infero: aut dominium rei accepte transit in accipientem, aut mansit penes dantem: si prius non ulteriori quæstione opus est, sed sic habeo quod volo: si vero posterius: esset simplex mandatum vel locatio conductio, & sic frustra specialis actio hic inuenta esset, quod supra refutatum.

*Secundum ar-
gumentum ex
æstimatione
venditionis
gratia adiecta.*

§. XXXIV. Deinde ex supra iactis fundamentis appareat, æstimationem in hoc negotio adiectam semper factam intelligi venditionis gratia, siquidem dans determinando pretium non ulterius animum habet rem venditam sibi habendi, sed potius accipiendo pretium.

IN CONTRACTV AESTIMATORIO.

27

um. Quæ cum ita sint, sequitur ut etiam dominium translatum sit, cum omnis aestimatio hoc casu facta faciat venditionem, venditio vero dominii translationem operetur. Insuper in hoc negotio fere omnia concurrunt emtionis venditionis & equisita, quatenus dominii translationem operantur, nam vii emtionis venditionis substantialia vnicce confidunt in consensu, merce & pretio; ita pariter in hoc negotio deprehendimus *consensum* vtriusque, tam dantis, quam accipientis, *mercem*, quæ vendi debet, & *preium* determinatum, quamuis in eo adhuc adsit diuersitas, quod accipiens hic non teneatur præcise ad soluendum pretium. Ex quo tamen potius adhuc stabilitur translatio dominii, quam infirmatur, vt §. antec. ostensum.

§. XXXV. Accedit (III) prout iam in superioribus notatum, si huius negotii natura non esset ita compara, vt transferret dominium, quis quæso, cum eiusmodi feminis contraheret, imprimis si secure contrahere vellet, cum semper dubium esset, an haberet mandatum, rem pro tanto pretio vendendi, immo facilius dans reuocare rem posset, sub hoc prætextu, quasi fines mandatarii non obseruasset. Ast quoniam secundum mores magis contrahitur cum ipsis feminis, & potius harum personam & fidem sequimur, cum sciri non possit, quis eis rem vendendam dederit, eiusmodi feminæ quoque auctorem non indicent, merito etiam dominium translatum, saltem hunc in finem, vt licite & secure cum hisce feminis ac cum rerum dominis contrahi possit. Ceterum sibi imputent illi, qui eiusmodi feminis res vendendas committunt, quare harum fidem secuti nec cautius fuerunt versati, cum quilibet gnarus esse debeat eius conditionis, quocum contrahit.

D 2

§. XXXVI.

Tertium definiuntur ex origine huius negotii.

*Quartum de-
sumitur a peri-
culo, quod fa-
stinet accipia-
ens.*

§. XXXVI. Præterea cuius est periculum rei, illius quoque ordinarie debet esse rei dominum, cum dominus periculum rei sentire debeat, in hoc autem contractu periculum in accipientem plene transfertur, prout manifeste constat ex l. i. ff. de æstimat vbi dicitur, æstimatione periculum facit eius, qui suscepit, ergo & dominium. In hoc vero negotio merito hoc iniquum foret, nisi simul foret dominus. Obstat quidem videtur l. 17. §. i. ff. de P. V. vbi non indistincte periculum in accipientem transfertur, sed certæ circumstantiæ supponuntur, in quibus accipiens de periculo saltem tenetur: verum hæc lex non loquitur præcisè de tali negotio, de quo agit præsens disputatio, sed ibi sermo est de tali contractu, vbi magis taxationis quam venditionis gratia æstimatione censemur adiecta, id quod apparet ex subiecta distinctione, dum disquisitatur ICtus, quis rogauerit? an dans, an accipiens, & sic hoc negotium in casu ibi proposito magis inclinat ad mandatum. Imo taxationis causa tantum esse æstimationem adiecam, docet quoque illa circumstantia, dum supponit casum, rem acceptam perisse ante venditionem, vt ita præcisè ad vendendam data fuerit, qualem casum quoque supra §. 14. supposui. Nec obstat, quod hinc alteratiua obligatio subfit, nam, vt supra §. 6. dictum, illa quoque latitat in taxatione, sed plane diuersa ratione. Scilicet obligatur hic præcisè aut ad rem vendendam, aut restituendam rem in specie. Cur vero ICtus hic concedit actionem P. V. non vero mandati, si est mandatum? Hoc apparet ex subiecta distinctione, quæ indicat, speciem ibi propositam fuisse incertam, propter varias circumstantias, adeoque formulam mandati, tanquam negotii certi & determinati, hic non potuisse applicari, quamvis alias mandatum subesse videatur. Quodsi enim

him rem non ita consideremus, Vlpianus sibi ipsi contradiceret in l. 1. de aestimat. & l. 17. §. 1. P. V.

§. XXXVII. Accedit (V) quod accipiens exerceat possit effectus dominii, & rem acceptam vel in proprios usus conuertere, vel etiam alis donare, quos effectus alter impedit non potest: fin autem dominium penes ipsum mansisse, haberet facultatem prohibendi, cum vero prohibitor deficiat, dans non potest amplius esse dominus. Quodsi enim rem repetere vellet simpliciter, ipsi obstat exceptio plus petitionis ex §. 33. I. de actione, cum accipiens habeat ius quæsumum, ut possit eligere, vtrum magis pretium soluere velit, quo absolute alter contentus esse debet, si ad pretium soluendum se offerat.

§. XXXVIII. Ceterum (VI) nobis nec hic contradicunt illi, qui euentualem emtionem supponunt, modo sensu explicetur. Nam haec non confundenda est cum conditionata, quæ plane nullum supponit contractum, sed suspendit, donec conditio existat, cum conditione nihil ponat inesse. Euentualis autem emtio est quodammodo verae venditionis species, etiam si sub certo eveniente effectum ex postfacto habere non possit. Sic v. c. si emtio venditio esset celebrata sub pacto addictionis in diem, ut si inter quatuor septimanas aliquis meliorem affordret conditionem, alter rem acceptam restituere deberet, subest reuera euentualis emtio, quoad omnes effectus, id quod ex iure satis notum est. Quis vero dubitaret, hic nec transferri interim dominium? Ita quoque in praesenti negotio eatenus euentualis emtio admitti potest, quatenus accipiens possit rem restituere, si velit, & dans rem repetere, si alter nolit soluere pretium, id quod semper & ordinarie in omni obligatione alternativa contingit, vbi si una res non existat, debitor amplius

*Quintum argu-
gumentum de-
sumtum ab ef-
fectibus domi-
nii.*

*Argumentum
sextum ex e-
uentuali emtio-
ne defumtum.*

DE TRANSLATIONE DOMINII

eligere nequit, sed quod supereft, præstare debet. Igitur si accipiens soluendo esse desierit, & rem retinere & pretium non potest, sed hoc caſu præcise ad restitutionem rei tenetur. Sicuti in emtione ſub pacto commiffario, ſi rem ex emtione retinere velit, tenetur pretium intra tempus præstitutum ſoluere. Et denique, ut verum fatetur, dici potest in hoc contractu latere quidem euentualē quādā emtione, ſi effētū rēficiā, ſed non ſi initiuū, quia dans hic alterum alternatiue obligare voluit, quæ in euentuali emtione ſub illa forma non adefit, ſed ibi res ſimpliciter venditur, pacto demum adiecto, ut ad reſtituendam obligetur, ſi pacti adiecti conditio exſtiterit. Ex euentu enim, non ab initio, demum conſtat, vtrum fuerit alternatiue obligatus

Afferuntur Pa-
tronis huius ſen-
tentie.

§. XXXIX. Ne vero amplius aliquod dubium ſu-
perficit, breuiter ad rationes in contrarium addu&tas erit
respondendum. Et quidem auctoritati diſſentientium
(ſi modo auctoritatibus ſit certandum) opponimus Dn.
Stryk ad Lauterb. tit. de aſtimat. verb. transfertur dominium.
Dn. Hertium de conuent. domin. translat. §. 3. Dn. Berger.
in Reſolut. LL. ad tit. de aſtimat. q. 1. Lauterb. de contract. in-
nom. §. 2. n. 2. ſeqq. Schilter ad Piflor. p. 3. q. 130. n. 88. Dn.
Schœppfer ad tit. de aſtimat. Vnde etiam Ill. Dn. Stryk.
in tract. de aſt inueſt. S. 1. m. 4. §. II. contractum hunc ad
contractus dominii translatiuos refert.

Respondetur
ſtrictim ratio-
nibus dubitan-
di.

§. XL. Quoad ipſas rationes vero excutiendas
breuiſ'effe cogor. Circa primam in §. 24. nego, quod
hic non adſit intentio dominii transferendi, quæ ex eo
ipſo per neceſſariam conſequentiā adefit, quatenus al-
terum alternatiue obligat, qui rem ita aſtimatam dedit.
In ſecunda confunditur euentualis emtio cum condi-
tionata, quæ confuſio iam ante in §. 38. remota: & quam-
uis,

IN CONTRACTV AESTIMATORIO.

31

uis, quod Dn. Schilter obiicit, non sibi emat, est tamen in effectu, ac si sibi emisset, cum alter rem non possit repetere. Si itaque nec dans nec accipiens est dominus, quis demum erit? Tertia iam remota est §. 36. Quarta est satis impertinens: nec enim sequitur, non est vera emtio venditio, ergo non transfertur dominium. Quinta petit id, quod est in principio, & aliquoties iam est reiecta conf. Ill. Dn. Stryk in not. ad Lauterb. *ad tit. de affi- mar. verb. a mandato.* Idem dicendum ad sextam, vbi liquido confunditur mandatum de vendendo cum hoc contractu.

§. LXI. Quæ cum ita sint, facile nunc de conclusione iudicium ferri potest. Sic saepe queri videoas, utrum is, qui dedit eiusmodi feminis res vendendas sub certa aestimatione, possit agere contra tertium b. f. possessorem, si femina illas non vendiderit, sed pignori forsitan dederit, & ipsa femina post non soluendo extiterit? Hoc quidem certum est, si femina tales res ipsas adhuc poscidaret, posse contra eam agi, ut restituat, quia qui alternatiue obligatur, si alterum praestare non possit, ad alterum praestandum simpliciter tenetur. Sed cum res iam penes tertium possessorem sit, & ipsa femina saltem actione personali, præscriptis verbis, potuisse conueniri ad præstandum alterutrum, quæ contra tertium possessorum institui nequit, insuper vero rei vindicatio hic cesset ex causa deficiente, ceu pluribus haec tenus ostensum, hinc actioni non esse locum contra tertium posses- forem putarem.

XLII. Et secundum hanc sententiam Illustris hu- ius Academiæ Facultas Iuridica Anno 1701. Mens. Aug. pronunciauit. Verba Responsi sunt sequentia.

*An competit
actio contra
tertium b. f.
possessorem, cui
propolare rem ac-
ceptam oppi-
gnorauit.*

DE TRANSLATIONE DOMINII

32

Responsum.

Hat dessen Eheliebste N. N. mit einer geschworen und in Eid und Pflicht genommenen Käufflin und Hausrererin / R. R. genannt / unterschiedl. gehandelt / auch ihr auff verschiedene Pfände etliche 100. fl. gegen Verzinsung mit. 6. pro cent. hergeliehen / und derselben als einer geschworenen Käufflin und Hausrererin / die mit Versezung der Pfände und Verkauffunge allerhand pretiosorum ihre Nahrunge getrieben / völlig gegläubet / Sie aber die obgedachte R. wider allen Eid und Pflicht die ihr zum Verkauff gegebene Stücke bey dessen Liebste versezt / das darauff empfangene Geld mit ihrer Tochter üppiger Weise durchgebracht / worauf dieseleb zwar zur verdienten Strafe in das Zuchthaus gebracht / die Leute aber / so ihr / der Hausrererin / solche pretiosa zu verkauffengegeben / anjeso wieder N. sich melden und ihre Sachen zu vindiciren trachten / deshalb gefraget wird:

Quæstia.

Rationes dubitandi.

Ob bey so gestalten Sachen NN. die bey ihr versetzte Pfände ohne Entgeld auszuliefern schuldig seyn? Ob nun wol die Hausrererin und Käufflin nicht besfugt gewesen / die ihr ad alienandum anvertraute Sachen zu verpfänden / und also es das Unsehen gewinnen möchte / als ob sie res alienas versezt / nun aber in rechten Rechien bekannt / quod pignus a non domino constitutum non valeat

L. 2. § 3. C. si alien. respign. data sit. L. 36. pr. §. 4.
ff. de pignor. Act. iunct. L. 22. §. 2. L. 36. §. 11. cod.

Hahn. ad Wesenb. tit. commod. n. 4.

Zudem der mit der Hausrererin und Käufflin getroffenen Contract von Seite dererjenigen / so ihr die pretiosa zu veralieniren anvertrauet / mehr ein mandatum als contractus æstimatorius zu seyn scheinet / quia sicut mandatum ad emendum valet, ita etiam ad vendendum, & vero

IN CONTRACTV ÆSTIMATORIO.

33

vero notissimi iuris, quod mandatarius non possit conditionem mandantis deteriorem reddere, si quid contra mandatum egerit.

L. 10. C. de procurat.

& qui excedit fines mandati, aliud quid facere videtur.

L. 5. pr. ff. mandat.

Zu geschweigen/ daß die Hausrererin zu der Zeit/ wie sie die Pfände bey N. N. versetzt/ nicht mehr soluendo gewesen/ und also N. N. mit derselben weiter zu contrahiren billig Bedenken tragen sollen/ wozu denn kommt/ daß die Hausrererin nur auff 200. fl. Amts caution geleistet/ und also N. N. billig behutsamme geben sollen/ ihr mehr Geld auff Pfände zu geben/ als ob besagte caution austräget.

D. a. d. die obgedachte Hausrererin und Kaufflin
R. R. eine in Eid und Pflicht genommene Person gewesen/ und also N. N. umb desto sicherer mit ihr wohl contrahiren können/ zumal ihr vitæ genus darinnen bestanden/ daß sie theils die ihr ad alienandum gegebene Sachen verkauffet oder sonst dieselbe auff Pfände versetzt/ und man also ihr als einer personæ iuratae wohl trauen dürfen/ auch nicht in diesem Fall nöthig ist/ zu inquiriren/ ob der geschworenen Hausrererin die Sachen ad alienandum oder ad pignorandum gegeben/ weil man sonst nicht sicher mit einer solchen Frau contrahiren könnte/ indem man sich immer befürchten müßte/ daß sie dolose verfüre/ zu dem Ende sie aber doch publice in Eid und Pflicht genommen worden! Und dann ferner der mit ihr getroffene contract, quod res certo pretio æstimata ipsi vendenda ea lege, data fuerit, vt illa vel rem ipsam reddat, vel premium conuentum soluat, billig pro contractu æstimatorio zu halten.

E

L. 1.

L. 1. ff. de æstimat.

Dd. commun. ad tit. cit.

Et vero secundum communem Doctorum sententiam,
in hoc contractu dominium transferatur,

Stamler de contract. disp. 15. lib. II.

Schulter ad Pistor. p. 3. q. 130. n. 81.

Lauterb. ad tit. de æstimat. ab init.

ex vulgata regula, quod æstimatione faciat periculum eius,
qui rem venditionis causa accepit, adeoque dominium
transfert.

L. 1. §. 1. ff. de æstimat.

Und folglich hier keine oppignoratio rei alienæ, sed pro-
priæ vorhanden ist / zudem auch hier ein solcher casus, vbi
vtrinque certatur de damno vitando, vbi ordinarie pos-
sessoris conditio debet esse melior, in pari enim causa me-
lior est conditio possidentis.

L. 4. §. 13. de dol. mal. except. L. 91. §. 3. de V. obl.

Nerizan. conf. 79. n. 17.

Menoch. de presumi. lib. 6. pres. 66. n. 7.

Welchen denn nicht entgegen steht / quod pignus a non-
domino constitui nequeat, zumahlen hier keine res alle-
nia verpfändet / sondern talis, cuius dominium habuit fe-
mina oppigorans, und ist in Rechten gar nicht fundirt /
dass der contract, so man mit geschworenen Hausrererit
celebret / folte mehr ein mandatum als contractus æsti-
matorius seyn / zumahlen ein grosser Unterscheid ist / ob
ich einen ordre gebe / meine Sachen zu verkauffen / wel-
ches ein mandatum ist / oder ob ich einer solchen Frau sub-
contra æstimatione zu vereufern oder vor sich zu behal-
ten / überliefere / quo casu non est amplius mandatum,
sed contractus æstimatorius, æstimatione autem venditio-
nis

IN CONTRACTV AESTIMATORIO

38

nis causa adiecta transfert dominium in accipientem , vt
libere alienare & ita quoque oppignorare possit.

L. 19. §. 4. L. 16. ff. de iure dot.

L. 31. ff. locati.

L. 58. ff. inter vir. & uxor.

Und obgleich die Hausrererin tempore rerū oppignora-
tarum nicht mehr mag soluendo gewesen seyn / so kan doch
solches der N. N. nichts hindern / als welcher dadurch
nichts benommen worden / mit ihr bona fide zu contra-
hiren / ja wenn gleich endlich die bestellte caution so viel
nicht austragen sollte / als N. N. auff Pfande gegeben /
so ist doch durch Bestellung solcher caution Niemand
verboten worden / auff ein höhers mit ihr bona fide zu
contrahiren / zumahlen wenn die Hausrererin gar kei-
ne caution gestellet / doch solches der N. N. nicht præaudi-
eren könne.

So erscheinet hieraus allenthalben so viel / daß N. N.
die bey ihr verpfändete Sachen ohne Entgeld zu restitu-
ren nicht könne angehalten werden.

§. XLIII. Similiter queritur , an dans rem venden- Quatenus in
dam habeat in concursu creditorum prioritatem in re vel pretio concursu dans
inde redacto ? Distinctio res est expedienda . Aut est preferatur alio
mandatum initum nudum de vendendo , aut præsens ne-
gotium . Si prius , vindicari res potest , si adhuc extat , ali-
as creditor est tantum quoad pretium , modo fidem de-
pretio habuerit . Quodsi vero mediante contractu aesti-
matorio res alteri aestimata data fuerit , quia sic in credi-
tum ei abiit , tantum inter reliquos creditores suo loco
ponendus , nec iure dominii rem auferre ante concur-
sum potest , quæ distinctio liquido probata est in l. 5. §. 18.
de tribut. act. Pro hoc quoque præsumtio est , quod dans
in dubio hoc in casu in creditum iuerit , quam primum .

E 2

rem

rem tradidit, dum accipientem alternatiue obligauit,
Menoch. de presunt. l.3. praf. 79. n. 4. quia res ipsa, quæ quis
dat, dominium transfert, & sic fidem de pretio habere vi-
detur conf. Coll. Argent. de estimat. Hahn. diff. de esti-
mat. tb. 34.

COROLLARIA.

IN possessorio summario testi iniurato non creditur.

2.

Iure Saxonico contractus a muliere absente curatore ce-
lebratus est inualidus, etiam si præsentes fuerint agnati mu-
lieris & consenserint.

3.

Æquum est ac iustum, vt si commune periculum vnius
vel alterius damno auersum, singuli pro rata damnum refar-
ciant.

4.

Omne damnum aut partem eius absque vlo lucro, in se-
recipere socio licitum videtur, cum sit species donationis, hinc
Societatem Leoninam in rerum natura non dari puto.

5.

Iudex suspectus potius remouendus quam testis, cum ille
maiis præiudicium parti inferre valeat.

6.

Laicus super facto matrimonii cognoscere non prohibe-
tur, etiam si regulariter causa matrimonialis singulare habeat
forum, nimis confistorium.

Dum

DVm specimen doctum cathedræ iam sistis a-
mice,

Monstrasti studium iuris & ingenium.

Perge viam coeptam Te digna brabea sequentur,
Ac labor impensus nullus inanis erit!

Gratulabundus adiecit

SAMVEL STRYKIVS, ICTUS.

EN militasti strenua castris manu,
Astraeca queis & alma præsidet Themis !
Nunc scandis in campum, docesque quid iuuet
Sudasse: docta, RAUE, dextera bene
Linguaque, transferri, æstimatio nomen
Qui dat, negotio dominium, perdoces.
Te munus atque, quem Themis confert, honos
Dignum manet. Discedis a nobis. DEVS
comes sit, vt videre templa Te nostri
Qualem Lycei, talem & agnoscat forum.

D.C.D. SCHVBART, P.P.



AC SEPTEMBER MCCCCXII
NOBILISSIMO DOMINO

RESPONDENTI
S. P. D.

PRAESES.



Vanquam meo non indigere videaris suffragio & testimonio de Tua eruditione & egregiis in iure profectibus, quippe de quibus abunde præsens Tua disputatione testari potest, tamen haud intempestuum esse duxi, meam gratulationem publicis acclamationibus adiungere, præsertim cum Tuus in me affectus aliquæ rationes priuatæ id a me postula-

stulare videantur. Laudo vero impi-
mis Tuum propositum, quod etiam o-
mnes probi mecum laudabunt, quod
operam Tuam non perdideris, sed e-
am eiusmodi themati destinaueris,
quod haec tenus parum excussum esse
constat, & quod tamen in ipsis rerum
argumentis saepe numero obtinere
posse certum est. Vnde etiam non de-
rerunt, quia tanquam iusti & æqui æsti-
matores, Tibi, quod Tuum est, tribu-
ent, h.e.mecū sponte confitebuntur,
Tē satis aptum esse ad illa munia obe-
unda, quæ vt iustū ab iniusto, æquum
ab iniquo seperetur, in Rebus publi-
cis constituta sunt. Quernadmodum
itaque haec tenus ita rem Tuam gessisti,
vt omnes boni Tibi applaudant, ita
quoque præsentibus hisce gratulatio-
nem meam subiungo, ex toto animo
ad reliquum vitæ Tuæ cursum o-
mnem

mnem gratiam diuinam & benedicti-
onem vt & prosperitatem Tibi appre-
cans. Vale & rem Tuam in poste-
rum quoque beneage. Dab.
d. 13. Nouemb. 1703.



ULB Halle
003 892 832

3



f
Sb.



I. N. I.

DISPUTATIO IVRIDICA
DE

TRANSLATIONE DOMINII IN CONTRA- CTV ÆSTIMATORIO.

*QUAM,*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

D O M I N O

FRIDER. WILHELMO,
REGNI BORVSSIÆ, ELECTORATVS BRAN-
DENBURGICI ET RELIQVARVM PROVIN-
CIARVM HEREDE &c. &c.

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA

P R Ä S I D E

Dn. IVSTO HENNINGO Böhmeri
I. V. D. & Prof. Publ. extraord.

IN AUDITORIO MAIORI

d. Nou. 1703.

Publicæ diquisitioni subiicit
AVTOR**DANIEL RAVE, Hauelbergensis.**

HALÆ MAGDEBURG. Litteris Orphanotrophæi.